

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tullii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Liber duodecimus: Ad C. Cassium et alios

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](#)

M. TULLII CICERONIS

EPISTOLARVM

AD

FAMILIAREIS
LIBER DUODECIMUS,

AD

C. CASSIVM, ET ALIOS.

ARG. Dolabella facinus laudes. Queritur, tyranno Casare occiso tyrannidem fablatam non esse. Cassium horitur, ut una cum Bruto Rempublicam liberet.

M. T. C. CASSIO. S. P. D.

ENEM nullum facio, mihi crede, Cassi, de te, & de Bruto nostro, id est, de io a repub. cogitandi, cuius omnis spes in vobis est, & in D. Bruto. Quam quidem jam habeo ipse meliorem, repub. à Dolabella meo praeclarissime gesta. Manabat enim illud malum urbanum, & ita corroboratur quotidie, ut ego quidem & Ubi, & otio dif fiderem urbano. 2 Sed ita compressum est, ut mihi videamus omne jam ad tempus ab illo duntaxat sordidissimo pericolo tui futuri. Reliqua, magna sunt, ac multa: sed posita omnia in vobis, quamquam primum quidque explicemus. Nam, ut adhuc quidem actum est, non regno, sed tege libertati videmur. Interfecto enim rege, & regos omnes nutus tuemur. Neque vero id solum, sed etiam, que ipse ille, si vivaret, non faceret, ea nos, quasi cogitata ab illo, probamus. Nec ejus quidem rei finem video. Tabulae figurunt: immunitates dantur: & pecuniae maxima distribuntur: exsules rediuntur: senatusconsulte falsa referuntur: ut tantummodo odium illud homini impuni, & servitutis dolor depulsum esse videatur: respub. jaceat in his perturbationibus, in quas eam ille conjectit. Hac omnia vobis sunt expedienda. nec hoc cogitandum, satim si habere tempus. à vobis. Habet illa quidem tantum, quantum numquam mihi in mente venit optare, sed contenta non est, & pro magnitudine & animi, & beneficii vestri, à vobis magna desiderat. Adhuc ulta suas injurias est per vos, interitu tyanni: nihil amplius. Ornamenta vero sua quæ recupe-

ravit? an quod ei mortuo paret, quem vivum ferre non poterat? & cujus xtra refigere debebamus, etiam chirographa defendimus? at enim ita decrevimus. Fecimus id quidem, temporibus cedentes: quæ valent in repub. plurimum. Sed immoderata quidam, & ingratæ nostra facilitate abutuntur. Verum hæc propediem, & multa alia coram. Interim velim sic tibi persuadeas, mihi cum reipubl. quam semper habui carissimam, tum amoris nostri causa, maximæ curæ effetaum dignitatem. Da ope ram, ut valeas.

ARG. Invehitur in Antonum, quem esse in Casio sit.

M. T. C. CASSIO. S. P. D.

VENIMENTER lator, tibi probasti sententiam & orationem meam: quasi sepius uti licet, nihil esset negotii, libertatem, & rempublicam recipere. Sed homo amens, & perditus, multoque nequior, quam ille ipse, quem ut nequissimum occisum esse di xisti, eadis initium querit: nullamque aliam ob causam me auctorem fuisse Casaris interficiendi criminaatur, nisi, ut in me veterani incitentur. Quod ego periculum non extimesco, modo vestri facti gloriam cum mea laude communiceat. Ita nec Pisoni, qui in eum primus inventus est, nullo assidente: nec mihi, qui idem tricesimo post die feci: nec P. Servilio, qui me est consecutus, tutò in senatum venire licet. Cadem enim gladiator querit, ejusque initium ad xiii. Kalend. Octobr. à me se facturum putavit. 6 At quam paratus venerat, cùm in villa Metelli complureis dies commentatus esset. Quæ autem, in lustris, & in vino commentatio potuit esse? Itaque omnibus est visus, ut ad te anteā scripsi,

Ddd 3

i vomete

Flores nullam facio.) Non habet illud vulgo receprum nullum Palatinus pr. Grut. Stevvech. Medicus ut nota Beptista Egnatius, sic supra lib. x. cap. 32. emendavi, ex Hi tori Stevvech. ed. tione Victorii: Quam quæ nullam faciat nullum futurum patet.

2. Sed ita compressa est.) Ita Victorius edidit, & sic Palatinus pr. atque adeo editio præcepit. Grut. vero compenfa fætalem mutare. ceterum in sequentibus hic Vaticanus: ut mihi videtur unum, neficio quare: & Pal. pr. Grut. Hit tor. Stevvech. nul non iari, quod non temerarium, immo verum mihi videtur. Vulgatum est, comprefsum.

3. Regis omnes natus sumus.) Qui non ceperunt elegantiam hujus dicti, legerunt inuenimus. sed hoc magis vitreis fractis frivolum est. Gruterianus: Regis omnes natus sumus: neficio quo sensu in hi incensissima vulgata est.

4. Pecunia maxime distribuerat.) Hanc lectiōnem ex Medicō nota Egnatius, licet Victorius se describatur: & peritio affirmat. fecutus quoque est Manut. ac Lamb. Pal. pr. Hit tor. describuntur. vulgati distri-

buntur.

5. Cujae era refigere debebamus.) Hæc scriptura solum est in Palatino tertio integræ & Hit toriano: nam primus, quartus, ejus pro ejus, in ceteris cum tertio facientes secundus, cuja era refigere: quintus, ejus era refigere: Grut. ex era refigere: Gulielmus ex duobus: sibi inspecie: ex era refigere, eadem concidit: ex era refigere, quod tamen eidem non placet. Non uitatam, scripturam non temere folicitandam exilimus: propositum autem librorum nostrorum varietatem, ut si forte cui minus vulgata facilius, ulterius suam indaginem expletet.

6. At quam paratus venerat.) Qui de sc. præra dubitet, com ego sensu communi carete patem. Nihil illa liquidius, nihil elegans. Habet illa in editione Victorii, Vatic. excerptus, probaturque Manticus, ac Lambinus, ut causam adorandi & dilectionis haberes posuit ad quam Libri alias ad quam, sicut Palat primus, Hit tor. Stevvech. editio prima.

i. Venetis

romere suo more, non dicere. Quare quod scribis te confidere, auctoritate, & eloquentia nostra aliquid profici posse: non nihil, ut in tantis malis, est profectum. Insciligt enim pop. Rom. treis esse consularis, qui, quis de republica bene senserint, liberè locuti sint, iuid in se- matum venire non possint. Nec est præterea quod quidquam exspectes. Tuus enim necessarius affinitate nova delectatur. Itaque jam non est studius ludorum, insinuatioque fratris tui plausu dirumpitur. Alter item affinis novis commentatis Casalis delinitus est. Sed hæc tolerabili: illud non ferendum, quod est, qui vestro anno filium suum consulem futurum pater, ob eamque causam se huic latroni deservire preieferat. Nam L. Cotta familiaris meus, fatali quadam desperatione, ut alt, minus in senatum venit. L. Cæsar, optimus, & fortissimus ci- vis, valitudine impeditus. Ser. Sulpitius & summa au- thoritate, & optime sentiunt, non adest. Reliquos, excepitis designatis, ignoce mibi, si non numero consulares, habes auctores consilii publici: qui numerus etiam bonis rebus, exigua esset: quid censes perditis?

Quare spes est omnis in vobis: qui si idcirco abest, ut suis in tutto: ne in vobis quidem. Si aliquid dignum vestra gloria co- gitatis: velim salvis nobis. Sin id minus, res tamen publi- ca per vos brevi tempore jus suum recuperabit. Ego tuis, meque desum, neque deo: qui five ad me referent, five non: me atibit tamen benivolentia, fidesque praestabi- tur.

G. ARG. Reum invenitur in Antonium. Spem esse in Cæsio scribit.

M. T. C. CASSIO, S. P. D.

AUGUSTUS amicus furem in dies: primum in sta- tua, quam posuit in rostris, inscripti p. **PARENTI OPTIME MERITO**: ut non modo fecari, sed jam etiam patricidæ judicemini, quid dico judicemini? judicemur potius. Vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principem dicit fuisse. Utinam quidem suis: mole- fuis nobis non esset. Sed hoc vestrum est: quod quum præteriit, utinam haberem, quid vobis darem consilii. Sed ne mihi quidem ipsi reperio, quid faciendum sit. Quid enim est, quod contra vim vi fieri possit? Consilium omne autem hoc est illorum, ut mortem Cæsaris perse- quantur. Itaque: ante diem sext. Non. Octob. produc- tus in concionem à Canvio, turpissime ille quidem dis- cessit: sed: tamen ea dixit de conservatoribus patriæ, qui dici debent pro ditiboribus. De me quidem non du- bitanter quin omnia de meo consilio & vos fecissetis, & Canutius faceret. Cetera cuiusmodi sunt, ex hoc judica, quod legato tuo viaticum eripuerunt. Quid eos inter- pretari putas, cum hoc faciunt? Ad hostem scilicet por- tari. O rem miseram? dominum ferre non potimus: conseruo servimus. Et tamen me quidem favente magis, quam sperante, etiam nunc residet spes in virtute tua. Sed ubi sunt eopis?

De reliquo, malo te ipsum loqui te- cum, quam nostra dista cognoscere. Vale.

1. Vomere non dicere. Pal. fecit ac quint. Vomere non dicere exponcta illa biga vocalium s. rom. Grut. itaque omnibus est rufus, ut ad se anima scripsi, viderem, non dicere. quæ mihi scriptura non vana o- minino videtur, quandoquidem Palatinus reliqui, p. tert. quart. scripsi, viderem, non dicere representant. Illud quoque monendum est le- dore, ubique verbum est recipere. Mediceum, ut annotat Egnat. ferbere recipere, quod mihi regius omnino videtur, si non semper immutavi, verecundie meæ tribuendum est, super recte, libertatem & temp recipere.

2. **PARENTI OPTIME MERITO**. J. Placer Galilæus, quod inventum in codice Hitropianus, et membris sic quidem est apud Paulum 7:26. re- sum meritis merita. Nos nihil à nostris codicibus degenerare volui- mus. Paulus statim post prima editio, codex Hitropianus, Patri- cius, quod affluit Lambinus, neque mihi non probatur. Gruteria-

G. ARG. De Antonio, senatu, populo, legatis ad Ameri- num misi: de ipso Cæsio & Bruto.

M. T. C. CASSIO, S. P. D.

VELLEM idibus Martis me ad cenam invitassem, reli- quarum nihil fuisse. Nunc me reliqua vestra exercentes & quidem præter ceteros me: quamquam egre- gios consules habemus; sed turpissimos consulareis: sena- tum fortē; sed infimo quenque honore fortissimum. Populo vero nihil fortius, nihil melius, Italiaque universa. Nihil autem foedius Philippo, & Pisone, legatis, nihil flagi- tiosius: qui cūm essent missi, ut Antonio ex senatus sen- tentia certas res nuntiarent: cūm ille earum rerum nulli paruisse, ultra ab illo ad nos intolerabili postulata retulerunt. Itaque ad nos concurrit: factique jam in te salutati populares sumus. Sed tu quid ageres, quid acturus, ubi denique es, nesciebam. Fama nuntiabat, te esse in Syria: auctor erat nemo. De Bruto, quo propius est, eo firmiora videntur esse, quæ nuntiantur. Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulsis, quod tibi tam citò succederet, cūm tu viisdom triginta dies in Syria fuisses. Itaque constabat, eum recipi in Syriam non oportere. Summa laus & tua, & Bruti est, quod exerceatum præter specu existimamini comparasse. Scriberem plura, si rem, cau- samque nossem. Nunc qua scribo, scribo ex opinione ho- minum, atque fama. Tuas litteras avidè exspecto. Vale.

G. ARG. Bruti laudibus Casinum accedit. De Mutinensi bello. De statu reip. scribit.

M. T. C. C. CASSIO, S. P. D.

HIE M E M credo adhuc prohibuisse, quo minus de te- fies. Loquebantur omnes tamen, credo, quod volebant, in Syria te esse, habere copias. Id autem eo facilius crede- batur, quia simile vero videbatur. Brutus quidem noster egregiam laudem est consecutus. Res enim tantas gessit, tamque inopinatas, ut ex cūm per se grata essent, sūtum orationes propter celeritatem. Quod si tu ea tenes, quæ putamus: magnis subtilis fulta recipit est. A prima enim ora Græcia, uique ad Egyptum, optimorum civium im- periis muniti erimus, & copiis. Quamquam, nisi me fal- lat, res se sic habebat, ut totius belli omne discrimen in D. Bruto positum videretur: qui si, ut sperabamus, erupisset Mutina, nihil bellis reliqui fore videbatur. Parvis omnino- jam copiis obsidebatur, quod magno praesidio Bononiæ tenebat Antonius. Erat autem Claterna noster Hirtius: ad Forum Cornelium Cæsar: uterque cum firmo exercitu magnisq; Romæ Panis copias ex dilectu Italiae comparat. Hiems adhuc rem geri prohibuerat. Hirtius nihil nisi con- siderat, ut mihi crebris litteris significat, acturus videba- tur. Præter Bononiæ, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam temebamus, studiössimam reip. Tuos etiam cli- entes Transpadanos mitifice conjunctos cum aula habe- bamus. Erat firmissimus senatus, exceptis consulibus. ex quibus unus L. Cæsar firmus est: & rectus. Ser. Sulpitii moite, magna præsidium amissimus. Reliqui partim ineret.

nus etiam & Vaticani excerpta Patricida: vulgo Parricida.

3. Acta d. Novæ Olear. Pighius in Fastis ad annum V. C. DCCIX concitat, Nonna Olavina.

4. De me quidem non dubitanter. Re st̄ sic Palatinus prim. Gruterianus, Vaticani excerpta: atque Victoris editio ex Medicis, quam len- piuram quoque notar ad oram primæ impressionis Egnat. vulgo: em- dabantur.

5. Tum etiam patres propriis celestis. Nugæ hominum, qui quæ præ- cedere gratias, gratioris hic quoque reformarunt. sed orationes in Palli. Grut. Vaticani excerptis, editionum primarias habentur V. C. Paullo post scriptis copias in dilectu Italii comparata: quod comparat habet editio V. C. Bal. pr. ac Vat. excerpta. Dilectus vero semper scribendum est, quod ita prævenit missi, & vetusti libri, cum quod Lamb. ex suis quoque ita contendit.

2. Has.

inertes, partim improbi: nonnulli invident eorum laudi, quos in rep. probati vident Populi vero R. toliusque Italiz mira confusio est. Hec erant fere, quæ tibi nota esse vellem. Nunc autem opto, ut ab istis Orientis partibus virtutis tuae lumen eluceat. Vale.

¶ ARG. Commendat Strabonem. In Cassio & Bruto spem Reipublie postiam esse.

M. T. C. C. CASSIO, S.P.D.

Quis status rerum fuerit tum, cum has litteras dedi, scire poteris ex C. Tidio Strabone, viro bono, & optimè de rep. sentiente; nam quid dicam, cupidissimo tui, qui domo, & fortunis relatis, ad te perfugium profectus sit? Itaque eum tibi ne commando quidem. adventus ipsius ad te satis eum commendabit. Tu velim sic existimes, tibique persuades. omne perfugium bonorum, in te, & Bruto esse possum, si, quod nolim, adversi quid evenerit. Res, cum hæc scribam, era in extremum adducta disserim. Brutus enim Mutina vix jam suffinebat. Qui si conservatus erit, vicimus: sin (quod dii omen avertant) omnis omnium cursus est ad vos. Proinde fac animum ratiuncula habeas; tantumque apparatum, quanto opus est ad universam temp. recuperandam. Vale.

¶ ARG. De his qua in senatu & ad populum Cassij nomine agunt, scribit.

M. T. C. C. CASSIO, S.P.D.

UANTO studio dignitatem tuam, & in senatu, & ad populum defendimus, ex tuis te malo, quæ ex me, cognoscere. Quæ mes sententia in senatu facile valuerit, nisi Panæ vehementer oblitissit. Ea sententia dicta, pro ductus sum in concionem à tribuno plebis, M. Servilio. Dixi de te, quæ potui, tanta contentione, quantum forum est: tanto clamore, confusione populi, ut nihil umquam simile viderim. Id velim mihi ignoscas, quod invita socii tua fecerim. Mulier timida verebatur, ne Panæ animus offendetur. In concione quidem Panæ dixit, matrem quoque tuam, & fratrem, illam à me sententiam noluisse dici. Sed hæc non movebant: alia malebam. Favebam & reipubli, cui semper favi, & dignitati, ac gloria tua. Quod autem, & in senatu pluribus verbis disserui, & dixi in concione, in eo velim fidem meam liberas. Promisi enim, & propè confirmavi, te non exspectasse, nec exspectaturum dectera nostra: sed te ipsum tuo more tempubli, defensurum. & quamquam nihil audiesamus, nec ubi esles, nec quas copias haberes: tamen sic statuebam, omnes, quæ in istis partibus essent opes copiarie, tuas esse: per teque Asiam provinciam confidebam jam reipubli, recuperatam. Tu fac in augenda gloria te ipsum vincas. Vale.

¶ ARG. Lepidus cum Antonio conjunctione bellum renovatum queritur. Cassium hortatus ad Remp. liberandam.

M. T. C. C. CASSIO, S.P.D.

Scelus affinistui, Lepidi, summanque levitatem, & inconstantiam, ex actis, quæ ad te mitti certò seio, cognosce te arbitror. Itaque nos, confecto bello, ut arbitrabur, renovatum bellum gerimus: spemque omnem in D. Bruto, & Flacco habemus: si verum quæris, in te, & in meo Bruto, non solum ad præsens perfugium, si (quod nolim) aduersi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis. Nostic de Dolabellæ audiebamus quæ vellemus: sed certos autores non habebamus. Te quidem magnum hominem, & præsenti judicio, & reliqui temporis expectatione fato esse. Hoc tibi proposito, fac ut ad summam contendas. Nihil est tantum, quod non pop. Rom. à te perfici, atque obtineri posse judicer. Vale.

¶ ARG. Isuru Lepidi cum Antonio conjunctione bel-

lum renovatum queritur. Cassium ad Remp. liberandam hortatur.

M. T. C. C. CASSIO, S.P.D.

BREVITAS tuarum litterarum me quoque breviorem in scribendo facit: & verè ut dicam, non satis occurrit, quid scribam. Nostras enim res in actis perferri ad te certo scio: tuas autem ignoramus. Tamquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos, prater rumores de oppresso Dolabellæ, satis illos quidem constanteis, sed adhuc sine auctore. Nos, coniectum bellum cum putaremus, repente à Lepido tuo in summam sollicitudinem adducti sumus. Itaque persuasi de tibi, maximam reipubli spem in te, & in copiis esse. Firmos omnino exercitus habemus: sed tamen, ut omnia, (ut spero) prosperè procedant, multum interest te venire. Exigua enim spes est reip. nam nullam non libertate cedere: sed, quæcumque est, ea despondetur anno consulari tui. Vale.

¶ ARG. Lepidum hostem à senatu judicatum: Cassium cum exercitu in Italiam adventum exoptari.

M. T. C. CASSIO, S.P.D.

LEPIDUS, tuus affinis, meus familiaris, pridie Kal. Quintiles sententia omnibus hostis à senatu judicatus est, ceterique, qui unà cum illo à reipubli. defecerunt: quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Kal. Septemb. potestas facta est. Fortis sanè senatus, sed maximè spe subsidii tui. Bellum quidem, cum hæc scribam, sanè magnum erat, scelere, & levitate Lepidi. Nos de Dolabellæ quotidie, quæ volumus, audimus: sed adhuc sine capite, sine auctore, rumore nuntio. Quod cum ita esset, tamen litteris tuis, quas nonis Mai ex castris datae accepteramus, ita perfusum erat civitati, ut illum iam op. pressum omnes arbitrarentur, te autem in Italiam venire cum exercitu: ut, si hæc ex sententia confecta essent, consilio, atque auctoritate tua: sin quid forte irributum, ut sit in bello, exercitu tuo niteremur. Quem quidem ego exercitum quibuscumque potuero rebus ornabo, cuius rei tum tempus erit, cum, quid opis reipubli. latus is exercitus sit, aut quidjam tulerit, notum esse cooperit. Nam adhuc tantam conatus audiuntur, optimi illi quidem, & præclarissimi, sed gesta res expectatur: quam quidem autem esse aliquam, aut a propinquare confido. Tua virtute, & magnitudine animi nihil est nobilius. Itaque optamus, ut quam primum te in Italia videamus, tempubli. nos habere arbitrabimur, si vos habebimus. Praclarè vicerimus, nisi spoliatum, inermem, fugientem Lepidus receperisset Antonium. Itaque numquid tanto odio civitati Antonius fuit, quanto est Lepidus. Ille enim ex turbulentia reipubli. hic ex pace, & victoria bellum excitavit. Huic oppositos consules designatos habemus: in quibus est magna illa quidem spes, sed incepit cura propter incertos exitus præriorum. Persuade tibi igitur, in te, & in Bruto tuo esse omnia: vos expectari: Brutum quidem jam, jamque. Quod si ut spero, vicitis hostibus nostris veneritis: tamen auctoritate vestra respubli. exsurget, & in aliquo statu tolerabili consister. Sunt enim permulta, quibus erit medendum: etiam si resp. fatis esse. Idebitur sceleribus hostium libera.

¶ ARG. Scribi, à quibus copias accepit: sequitur & Remp. commendat.

C. CASSIUS PROCOS. M. T. C.

S. P. D.

Ivales, bene est: ego quidem valeo. In Syriam me profectum esse scio ad L. Murcum, & Q. Crispum, imperatores. Viri fortes, optimique cives, postquam audierunt, quæ Roma gererentur, exercitus mihi tradiderunt: ipsique mecum una fortissimo animo temp. administrant. Item legionem, quam Q. Cæcilius Bassus

Ded 4 habuit,

habuit, ad me venisse scito : Quatuorque legiones, quas A. Alienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi esse sci-
to. Nunc te cohortatione non puto indigere, ut nos ab-
fenteis, remque publicam, quantum est in te, defendas.
Scire te volo, firma præsidia vobis, senatusque non deesse,
ut optima spe, & maximo animo rempubl. defendas. Re-
liqua tecum aget L. Carteius, familiaris meus. Vae.
Data Nonis Martii, ex castris Taticheis.

G. A.R.G. Benevolentiam Ciceronem erga se: suam dignita-
rem, suos duces ac milites commendat. Se in Ciliciam iturum scri-
bit.

CASSIUS PROCOS. S. D. M. CICERONI
S. U. O.

SIVales, bene est: ego quidem valeo. Legi tuas litte-
ras, in quibus mirificum tuum erga me amorem recon-
gnovi. Videbaris enim non solum favere nobis, id quod
& nostri & reipubl. causa semper fecisti: sed etiam gra-
vem curam suscepisti, vehementerque esse de nobis solli-
citus. Itaque, quod te primum existimare putabam,
nos, oppressa republ. quiescere non posse: deinde, cum
suspicareremus moliri, quod te sollicitum esse & de salute
nostra, & de rerum eventu putabam: simul ac legiones ac-
cepi, quas Allienus eduxerat ex Aegypto, scripti ad te, ta-
bellariosque compulserat Romam misi. Scripti etiam ad
senatum litteras, quas reddi vetui prius, quam tibi recita-
re essent: si fortè mei obtemperare mihi voluerint. Quod
si litteræ perlatæ non sunt, non dubito, quin Dolabela,
qui, nefarie Trebonio occiso, Asiam occupavit, tabellarios
meos deprehenderit, litterasque intercepitur. Exercitus
omneis, qui in Syria fuere, teneo. Habeo paululum
mortuorum, dum promissa militibus perfolvo. Nunc jam sum
expeditus. A te peto, ut dignitatem meam commendata-
tam tibi habeas, si me intelligis, nullum neque periculum,
neque laborem patria denegasse: si contra importunissi-
mos latrones arma cepisse hostante, & audace: si non so-
lum exercitus ad rempubl. libertatemque defendendam
comparavi, sed etiam crudelissimis tyrannis eripi. Qos si
occupasset Dolabella, non solum adventa, sed etiam o-
pinione, & expectatione exercitus sui Antonium confi-
masset. Quas ob res milites tuere, si eos misericordie re-
publ. meritos esse animadvertis, & effice, ne quoniam poe-
nireat, rempubl. quā spem prædax, & rapinari, sequi
maluisse. Item Murci, & Cispi, imperatorum, digni-
tatem, quantum est in te, tuere. Nam Bassus miserere no-
luit mihi legionem tradere. Quod nisi milites invito eo
legatos ad me misissent, clausam Appameam tenuisset,
quod vi esset expugnata. Hac à te peto, non solum re-
publ. que tibi semper fuit carissima, sed etiam amicitia
nostra nomine, quam confido apud te plurimum posse.
Credem mihi, hunc exercitum, quem habeo, senatus, atque
optimi cuiusque esse, maxi neque tuum. De cuius vo-
luntae aitudo audiendo, initio te diligit, carumque
habet. Qui si intellexerit, commoda sua cura tibi esse:
debere etiam se tibi omnia putabis. Litteris scriptis, au-
diis, Dolabellam in Ciliciam, quid egerim, celeriter ut
scias, dabo operam. Ac velim, ut mercenarii de republ.
sic felices sumus. Fac valeas, meque ames. Nonis Mai,
ex castris.

G. A.R.G. Gratulatur de victoria Mutinensi: Ciceronem com-
mendat: res à se gestas.

C. CASSIUS, S. D. M. CICERO NI.

SIVales, bene est: valeo. Cum reipubl. vel salute, vel
victoria gaudemus: tum instaurazione tuarum lau-
dum, quod maximus consulatus maximum consulem te-

1. Habet paululum numera. Ita Vict. & Pal. pr. reliqui habet. Ceterum è
Puis mis. poliūnum legit. Gai sive corrigit Tibullum l.11. Ep. 5.

As qua Velabri regis; prius iresstibas.

Exiguae pulla per rada tinter aqua.

Legit, inquam, p. 22.

ipse viciisti, & latamur, & mirati sati non possumus. Es-
tale nestio quid tue virtuti datum: id quod lape iam ex-
peri sumus. Est enim tua toga omnium armis felicior:
qua nunc quoque nobis pene vicem tempubl. ex mani-
bus hostium eripuit, ac reddidit. Nunc ergo vivemus li-
beri: nunc te, omnium maxime civis, & mihi carissime, id
quod maximè recipi. tenebris conceperisti: nunc te habe-
bimus testem nostrum, & in te, & in conjunctissimam tibi
tempubl. amoris &c, qua sapientia pollicitus es, te & tacitu-
rum, dum serviremus: & dictum de me tum, cum mihi
prosternere essent: nunc illa non ego quidem dici tanto-
pere desiderabo, quam sentiri a te ipso. Neque enim omni-
um judicio malum me a te commendari, quā ipse
tuo iudicio dignè, ac mereor, commendatus esse: ut haec
novissima nostra facta, non subita, nec inconveniens, sed
familia illis cogitationibus, quarum tu testis es, fuisti ju-
dices, meque ad optimam spem patriæ non minimum tibi
ipsi producendum putes. Sunt tibi, M. Tulli, liberi, pro-
pinqüique, digni quidem te, & meritò tibi carissimi. esse
etiam debent in republ. proximè hos cari, qui studiorum
tuorum sunt a muli, quorum esse cupio tibi copiam. Sed
tamen non maxima metuba puto excludi, quo minùs ti-
bi yacet me excipere, & ad omnia, qua velis, & probes,
producere. Animum tibi nostrum forte probabimus.
ingenium diutina servitus, certè, qualemque est, minus-
tamen, quam erat, passa est videri. Nos ex ora maritima
Asia provincia, & ex insulis, quas potimus, naveis dedu-
ximus. Dilectum remigum, magna continuacione civitatum,
tamen satis celester habuimus. Secuti sumus clas-
sem Dolabellæ, cui Lucilius præterat: qui spem sapientiae trans-
itionis præbendo, neque unquam non decedendo, no-
vissimi Corycum se contulit, & clauso portu se tenere co-
put. Nos illa relicta, quod & in castra pervenire satius
esse putabamus, & sequebatur classis altera, quam anno
priori in Bithynia Tullius Cimber comparavat, cui Tur-
lius quæstor præterat, Cypri petivimus. Ibi, qua cognovimus, scribere ad vos quā celerrimè volumus. Do-
labellam, at Tarantes, pestini locii: ita Laodiceni, mul-
to amentiores, ultrò arcesserunt: ex quibus utrisque ci-
vitatibus, & Græcorum militum numero, speciem exerci-
tus effecit. Castra habet ante oppidum Laodicæam posi-
ta: & partem muri demoliti est: & castra oppido con-
juxxit. Casius noster cum decem legionibus, & cohori-
tibus viginti auxiliariis, & quatuor millium equitatu à
millibus passuum viginti, castra habet posita πάλτα;
& existimat, se sine proelio posse vincere. Nam jam ter-
nis terradrachmis uitium agud Dolabellæ est. nisi quid
navibus Laodicenorum supponatur, citè fame pereat, ne-
cessè est. Ne supportare possit, & Casius classis bene-
magna, cui præst Sexilius Rufus, & tres, quas nos addu-
ximus, ego, Turlius, Patilius, facile præbuit. Et vo-
lo vos bene sperare, & rempubl. ut & vos istic expedisti,
ita pro nostra parte celeriter nobis expedit posse, config-
dere. Vale. Data idibus Juni Cypro, a Crommyu actis
ex castris.

G. A.R.G. Exponit res à se gestas. Rhodios accusat.
Procurationem Asia petit. Merita sua in Remp. commendat.

LENTULUS CICERONI SUO,

S. P. D.

CUM Brutum nostrum convenissem, cumque tardius
in Asiam venturum animadvertem: in Asiam redi,
ut reliquias mei laboris colligerem, & pecuniam quam-
primum Romanum mitterem. Interim cognovi, in Lycia
esse classem Dolabellæ, ampliusque centum naveis opera-
rias,

2. Græcorum militum numeri.) Gallegi volebat numeri nos contra
libros nihil molimus. In fine Epistole ex Pal. pr. & Grut. excerptus Var.
editione Vict. aque adeo omnium principe scripti. ut res bene sperare:
cum edatur: τοις ιγιαν τοις bene sperare.

I. Us.

rias, in quas exercitus ejus imponi posset: idque Dolabellam ea mente comparasse, ut, si Syria spes eum frustrata esset: condescenderet in naveis, & Italianam peteret, seque cum Antonii, & reliquo latronibus conjungeret. Cujus etiam in timore fuit, ut, omnibus rebus relatis, cum paucioribus & minoribus navibus ad illas ire conatus sim. Quae res, si à Rhodis non esset interpellatus, fortasse rotula esset: tamen magna ex parte profigata est. Quum quidem classis dissipata sit: adventus nocti timore milites, ducesque effugerunt: onerariis omnes ad unam à nobis sunt excepti. Ceterè (quod maximè timui) videor etiam coniecutus, & ut non possit Dolabella in Italianam pervenire, nec socii suis firmatus durius vobis officere negotium. Rhodi nos, & rempub. quād valde desperaverint, ex litteris, quas publicè misi, cognosces. Et quidem multo patius sciphi, mirari non. Mira est eorum amentia: nec me max illarum privatim injuria umquam malus animus eorum in nostram salutem, cupiditas partium aliarum, perseverantia in contentione optimi cuiusque ferenda mihi non fuit. nec tamen omnes perditos esse puto. Sed idem illi, qui tum fugientem patrem meum, qui L. Lentulum, qui Pompejum, qui ceteros viros clarissimos non receperunt, idem, tamquam aliquo faro, & nunc aut magistratum gerunt, aut eos, qui sunt in magistratu, in sua habent potestate. Itaque eadem superbia in pravitate utuntur. Quorum improbitatem aliquando retinendi, & non pati impunitate augeri, non solum utile est reipub. nostræ, sed etiam necessarium. De nostra dignitate, velim tibi ut semper cura sit: & quocunque tempore occasionem habueris, & in senatu, & in ceteris rebus laudi nostræ suffragere. Quum consulibus decreta est Asia, & permisum est iis, ut, dum ipsi venirent, darent negotium, qui Asiam obtineant: rogo te, petas ab iis, ut hanc dignitatem potissimum nobis tribuant, & mihi denegotium, ut Asiam obtineamus, dum ipsorum alteruter venit. Nam, quod hue propter in magistratu venire, aut exercitum mittere, causam non habent. Dolabella enim in Syria est: & ut tu divina tua mente prospexit, & prædictasti, dum isti veniunt, Cassius eum opprimer. Exclusus enim ab Antiochia Dolabella, & in oppugnando male acceptus, nulla alia confusus urbe, Laudicem, quæ est in Syria ad mare, se conculit ibi spero celeriter eum peccas daturum. Nam neque quod refugias, habet: neque diutius ibi poterit tantum exercitum Cassii sustinere. Ipero etiam coniectum esse jam, & oppressum Dolabellam. Quare non puto, Panam, & Hittium in consulatu properatores in provincias exire, sed Romæ acturos consulatum. Itaque si ab his petieris, ut interea nobis procreationem Asia dent, spero te posse impetrare, præterea mihi promiserunt Panæ, & Hittium coram, & absenti mihi scripserunt: Verri quo nostro Panæ affirmavit, se daturum operam, ne in suo consulari mihi succedatur. Ego potius non, medius fidius, cupidine provinciaz produci longius spatium mihi volo: nam mihi tunc illa provincia plena laboris, periculi, detrimenti. Qua ego ne frustâ subierim, neve prius, quam reliquias meæ diligenter consequar, decedere cogar, valde labore. Nam si potuisse, quam exegeram pecuniam, universam mittere: postularem, ut mihi succederetur. Nunc, quod Cassio dedi, quod Trebonii morte amissimus, quod etiam crudelitate Dolabellæ, aut perfidia eorum, qui mihi fidem, reique publicæ non praefliterunt: id consequi, & resicare volo.

Quod aliter non potest fieri, nisi spatum habuero. id, ut per te consequar, velim, ut soler, tibi cura sit. Ego me de rep. puto esse meritum, ut non provincia illius beneficium expectare debeam, sed tantum, quantum Cassius, & Brutus, non solum illius facti, periculique societate, sed etiam huius temporis studio, & virtute. Primus enim ego leges Antoninas regi: primus equitatum Dolabellæ ad temp. traduxi, Cassioque tradidi: primus dilectus habui pro salute omnium contra coniurationem sceleratissimam: solus Cassio, & ceteri Syriam, exercitusque, qui ibi erant, conjunxit. Nam nisi ego tamam pecuniam, tantaque præficia, & tam celeriter Cassio dedidsem: ne aius quidem esset ire in Syriam: & nunc non minora pericula reip. à Dolabellæ instarent, quād ab Antonio. Atque hæc omnia is feci, qui sodalis, & familiarissimus Dolabellæ etiam: conjunctissimus l'anguine Antonii: provinciam quoque illorum beneficio habebam: sed *τηρίδα επιλογήν φίλων*, omnibus meis bellum primus indixi. Hæc celi adhuc non magnopere mihi tulisse fructum: animadverto, tamen non despero: nec detrahit ab permanere, non solum in studio libertatis, sed etiam in labore, & penitulis. Attamen si etiam aliqua gloria iusta, & merita provocabimur: senatus, & optimi cuiusque officiis: maiore cum auctoritate apud ceteros erimus, & eo plus prodest reip. poterimus. Filium tuum, ad Brutum cum veni, videre non potui, idèò quod jam in hiberna cum equitibus erat profectus. Sed, mediis fidius, ea esse eum opinionem, & tua, & ipsius, & in primis mea causa, gaudeo. Fratris enim loco mihi est, qui ex te natus, teque dignus est. Vale. D. IIII. Kalend. Jun. Perga.

¶ ARG. Res a se gestæ commemorat: In Rhodio invaseruntur. De Dolabellæ scribit.

P. LENTULUS, C. F. PROQVÆST. PROPR.
COSS, PRÆTT. TRIE. PL. SEN.

P. Q. R. S. P. D.

S. I. valetis, liberique v. v. s. e. v. Scelere Dolabellæ op. 15
præfia Asia, in proximam provinciam Macedoniam, præsidiaque reip. quæ M. Brutus, v. c. tenebat, me consultuli: & id ega, ut, per quos celeriter possem, Asia provincia, vestigaliaque in vestram potestatem redigerentur: Quod cum pertinuissest Dolabella, vastata provincia, receptis vestigibus, præcipue civibus Romanis omnibus crudelissime denudaris, ac diventitis, celeriusque Asia excessisset, quam eo præsidium adduci potuisse: diutius morari, aut expectare præsidium non necesse habui: & quād primum ad meum officium, revertendum mihi esse existimavi, ut & reliqua vestigalia exigere, & quam deposui pecuniam, colligerem: quidquid ex ea correptum esset, aut quorum id culpa accidisset, cognoscere quam primam, & vos de omni re facerem certiores. Interim cum per insulas in Asiam naviganti mihi nuntiatum esset, classem Dolabellæ in Lycia esse, Rhodiisque: naveis complureis instructas, & piratas in aqua habere: cum his navibus, quas aut mecum adduxeram, aut comparaverat Patricius proquaestor, homo mihi cum familiaritate, rum etiam sensibus in rep. conjunctissimus. Rhodum reverti, confusus auctoritate vestra, lenatusque confuso, quo hostem Dolabellam judicaretis: fôdere quoque, quod cum his, M. Marcello, Ser. Sulpicio renovatum erat: quo juraverant Rhodii, eosdem hostes se habituros, quos S. P. Q. R. Quæres nos vehementer fecerit. Tantum enim absuit, ut illo-

D'd 5.

rum.

[¶] Ut non posset Dolabella in Italiam pervenire] Delevi vocem interjectam clausi, post pugna, ex Palatino primo, Gruteriano, Hippocratio ac Stevech. Vatic. ex iisdem & editione princeps edidi: Et quidem multa pericula sciphi, mirari usi, mira illi seruam aenam: ejus illis, quæ nulli comparent, quād sevis facere eis inveni, quod vero aliiquid de his sciphi. Sicut flatim ex iisdem omnibus queque, ut membra sua pri-

rim in uero unquam, nam nullus eorum agnoscat verbum moveri; quod aliena manu additum, post Te *inventus*, margini Medicici, notar. Egnotius. Relegemus & nos, nam cur aliena toleremus: ac spuriis interlegima locum demus: cum frugi agricultæ malas herbas fruticæ in horis, & solum ab illis facilius nolens, felicieribus plantis pingue factum?

Rhodio

rum praesidio nostram firmaremus classem, ut etiam à Rhodiis urbe, portu, statione, quæ extra urbem est, comœtu, aqua denique prohibentur nostri milites nos vix ipsi singulis cum navigiolis reciperebunt. Quam indignatam, diminutionemque maiestatis, non solum juris nostri, sed etiam imperii, populiisque Rom. idcirco tulumus, quod interceptis litteris cognoscamus, Dolabellam, si desperasset de Syria, & Egyptoque, quod necesse erat fieri, in nave cū omnibus suis latronibus, atque omni pecunia concordare esse paratum, Italiāque petere: idcirco etiam naveconierarias, quarum minor nulla erat duām millium amphoriarum, contractas, in Lycia à clausē ejus obseruit. Hujus rei timore, patres conscripti, percitus, injurias perperi, & cum conumelia etiam nostra omnia prius experiū malui. Itaque ad illorum voluntatem introductus in urbem, & in fenestrarum eorum, quād diligentissimē potui, causam reip. egi: periculumque omne, quod instaret, si ille latro cum omnibus suis navec concideret, exposuit, & Rhodios autem tanta in pravitate animadverti, ut omnes firmiores putarent, quād bonos: ut hanc concordiam, & conspirationem omnium ordinum ad defendendam libertatem, propensè non cederent esse factam patientiam senatus, & optimi cuiusque manere etiam nunc confidenter, nec potuisse audere quemquam Dolabellam hostem judicare: ut denique omnia, quæ improbi fingeant, magis vera existimat, quād quæ verē facta erant, & à nobis docebantur. Qua mente etiam ante nostrum adventum post Trebonium indignissimam cedem, cetera tot, tamque nefaria facinora, bina profecta erant ad Dolabellam legationes eorum, & quidem novo exemplo, contra leges ipsorum, prohibentibus iis, qui tum magistratus gerebant. Hac sive timore, (ut dicitur) deagis, quos in continentibus habent, & vive furore, vive patientia paucorum, (qui & anteā pari contumeliam viros clarissimos affecerant, & nunc maximos magistratus gerenteis) nullo exemplo, neque vestra ex parte, neque nostra praeceps, neque imminenti Italia, ubique nostra periculi, si ille patricida cum suis latronibus, navibus ex Asia, Syriaque expulsus, Italiani petisset, mederi cū facile posset, noluerunt. Nonnullis etiam ipsi magistratus veniebant in suspicione, detinuisse nos, & demorari esse, dum classis Dolabellæ certior fieret de adventu nostro. Quam suspicionem consecuta res aliquot auxerunt: maxime quod subito ex Lycia Sex. Marius, & C. Titius, legati Dolabellæ, à classe dicessebant, navique longa profugebant, onerariis relictis: in quibus colligendis non minus un temporis, laborisque consumuerunt. Itaque cū ab Rhodo cū suis, quas habueramus, navibus, in Lyciam veniremus, navec onerarias receperimus, dominisque restituimus: idemque, quod maxime verebamur, ne posset Dolabellæ cum suis latronibus in Italiā venire, timeremus deūs. classem fugientem perseccuti lumen usque Sidam, quæ extrema regio est provinciæ meæ. Ibi cognovi, partem navium Dolabellæ diffugisse, reliquias Syriam, Cypriumque petuisse. Quibus disceps, cum scirem, C. Castili, singularis civis, & ducis, & clasiem maximam fore præsto in Syriam, ad meum officium reverti: daboque operam, ut meum studium, diligentiam vobis p. C. rei p. præstem: pecuniamque, quam maximum

potero, & quād celerrimè cogam, omnibusque eum rationibus ad vos mittam. Si percurrero provinciam, & cognovero, qui nobis, & reip. fidem præstiterunt in conservanda pecunia à me deposita, quique sceleri ultro defentes pecuniam publicam, hoc munere societatem facinorum cum Dolabellæ inierunt, faciam vos certiores. De quibus, si vobis videbitur, si ut meriti sunt, graviter constitueritis, nosque vestra auctoritate firmaveritis: facilis & reliqua exigere vesticalia, & exacta servare poterimus. Interēt quod commodius vesticalia tueri, provinciamq; ab injuria defendere possim, præsidium necessarium, voluntariumque comparavi. His litteris scriptis, milites circiter xxx, quos Dolabellæ ex Asia conscripserat, è Syria fugientis Pamphyliam venerunt, hi nuntiaverunt, Dolabellam Antiochiam, quæ in Syria est, venisse: non receptum, conatum esse aliquoties vi intorto: repulsum semper esse cum magno suo detrimento. Itaque 4 centum circiter amissis, agris relictis, noctu Antiochiam profugisse Laodiceam versus: ea nocte omnes ferè Asiaticos milites ab eo discessisse: ex his ad oclingentes Antiocham rediisse, & se iis tradidisse, quia à Casio relicti, ubi illi paterant, ceteros per Amanum in Ciliciam descendisse: quo ex numero, se quoque esse dicebant: Cassium autem cum suis omnibus copiis nuntiavit esse quadridui iter Laodicea absufisse, tum cum Dolabellæ cō tenderet. Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimum latronem poenas daturum. Quarto Nonas Junias, Peigia.

¶ ARG. Gratulatur Filius Ciceronii inde. Versus missis in cīvem improbum à se conscriptis. Petis à Cicerone, ut de Cesara interclusu scribat.

TREBONIUS CICERONI S.

S. V. B. x. Athenas veni ad xi. Kal. Jun. atque ibi, quod maximè optabam, vidi filium tuum, deditum opiniis studiis, summaque modestia fama. Qua ex te quantam voluptatem ceperim, scire potes, etiam me tacent. Non enim nescis, quantite faciam, & quād pro nostro veterimo, verissimoque amore, omnibus suis etiam minimis conmodis, non modo tanto bono, gaudeam. Noli putare, mi Cicero, me hoc autibus tuis dare: nihil adolescenti tuo, atque adeò nostro, (nihil à te potest esse sejunctum) aut amabilis omnibus, qui Athenis sunt, est: aut fidiosius eatur artium, quas tu maximè amas, hoc est optimarum. Itaque tibi, quod verē facere possum, libenter quoque gratulor, nec minus etiam nobis: quod cum, quem necesse erat diligere, qualisunque esset, talem habemus, ut libenter quoque diligamus. Qui cum mihi in sermone injectis, te vele Asiam vilce: non modo invitatus, sed etiam rogatus est à me, ut id potissimum nobis obtinentibus provinciam faceret. Cui nos & caritate, & amore tuum officium præstauratos non debes dubitare. Illud quoque erit nobis cura, ut Cratippus unā cum eo sit, ne putes, in Asia feriat illum ab iis studiis, in quā tua cohortatio incitat, futurum. Nam illum paratum, ut video, & ingressum pleno gradu, cohortari non intermittemus, quo in dies longus, discendo, exercendoque te, procedat. Vos quid ageretis in re p. cum has litteras dabam, non sciebam. Audiebam quēdam turbulentia, quæ scilicet cupio esse fallax, ut aliquid oris liberte fruamur: quod vel minimè adhuc

1. Rhodios autem tanta in pravitate animadversti. Non dubito de veritate hujus lecti onis: quum superiore Epistola dixerit: Edidit superbē in pravitate nūtrire. Certe agnōcūcūlūm Vaticani excerpta, prima ex i. 1. 10, neque fecus Gruterianus & Stevvechianus, nisi quod propositiōnem in om̄isterine. Palatinus primus, sicut vulgata, sc̄ta imponit. Guilelmus, quod H. torporianus codex nolitam lectionem habebet, probat, in pravitate. Pauli vero p. mathebat, Psp. Ksm p̄tērē novi cōdēnt.

2. sive sc̄ta p̄tērē patientia paucorum. Ita codex Medicus, ut norat Epintius, nihil tamen in ius ille emendarat p̄tērē, ut p̄tērē in ius i. 1. 10. & om̄isterine. Sed p̄tērē agnōcūlūm Pall. Gruterianus, & recte ex illo laudat in codice, ius lectionem in sua editione V. Ktorius, habetque eandem editio veterina.

3. Classem maximam p̄tērē in Syria. Hanc lectionem restituere ex Gruteriano, editione principe, quam cum in Medicō reperiūt: quæ

V. Etiorū, distinctione peccavit, edidit enim s. f. p̄tērē, in Syria ad ius officium reverti. Sed quid ad illud dicere, cum Gruterianus codex supra haber. Epistola præcedente: aut est quæ fuit in magistratu, sicut in habent postfuisse? Sic lugra. Iep̄t̄us tacitus ex libris ac miss. induxi hanc prælecam lectionem. Vulgarum c̄t: fave p̄tērē in Syria.

4. Censum creare amissis, agri cellibus, nella Asturachia p̄tērē. Quid vulgaratum editionem cymbala tibi respondant, prius adverte: C. circi- amicus, agrique compluribus relata. Asturachia quid ergo refutemus, quid amiserimus, quid emendaverimus vides. Idque præstiterimus, quod ex Pall. Gruteriano, Stevvechiano, Hippocrate, Vaticani excepimus, aucte editione prima, similique Victoriae. Mox habet Stevvech. codex, invenit frit. Asturachis milites ab eo discessisse, quod recte puto; etiam si Grammaticas tribus mihi ob id iratas habeam, & nescio quos, quibus nihil placet, nisi sui similes, hoc est, obvium, vile, fordinum Capitis?

mihi congit. Ego tamen nascitur in navigatione nostra puerum laxamenti, concinnavi tibi manuleulum ex instituto meo: & dictum, cum magno nostro honore a te dictum, conclusi, & tibi infra subscripti. In quibus versiculis si tibi quibusdam verbis *et Auctoritate* videbor: turpitudo persona ejus, in quam liberius invehimus, nos vindicabit. Ignorces etiam iracundia nostra: quia justa est in ejusmodi & homines, & cives. Deinde, qui magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis, quam nobis: etiam si odio par fuerit in eos, quos laetit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurrit. Tu, sicut mihi politicus es, adjunges me quam primum ad tuos sermones. Namque illud non dubito, quin, si quid de interitu Cesari scribas, non patiaris me minimam partem & rei, & amotis tui ferre. Vale, & matrem, meolique tibi commendatis habe. D. viii. Kal. Junii, Athenis.

A.R.G. De ruroriis in Syria alio. De olio civitatis De oratore a se scripto. De suo erga illum studio.

CICERO S.D. CORNIFICIO, COLLEGÆ.

GRATA mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti litteris: quam ut conserves, non quo de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis tumultuohora quedam nuntiata sunt, quia, quia tibi sunt propiora, quam nobis, tua me causa magis movent, quam mea. Roma summum otium est: sed ita, ut malis salubre aliquod, & honestum negotium: & quod spero fore, video id cura esse Casari. Me scito, dum tu ablis, quasi occasionem quandam, & licentiam nactum, scribere audacius: & cetera quidem fortassis, quae etiam tu concederes: sed proxime scripti de optimo genere dicendi: in quo saepe luspiciatus sum, te a judicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem a non indocto, paululum dissidere. Huic tu libro, maximè velim ex animo: si minus gratia causa suffragere. Dicam tuis, ut eum, si velim, describant, ad teque mittant. Puto enim, etiam si rem minus probabis, tamen in ita solitudine, quidquid a me protestum sit, jucundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuam, dignitatemque commendas, facis tu quidem omnium more: sed velim sic existimes, me, cum amori, quem inter nos mutuum esse intelligam, plurimum tribuan, tum de summo ingenio, & de studiis tuis optimis, & de spe amplissima dignitatis ita judicare, ut neminem tibi anteponam, comparem paucos.

A.R.G. De infrequentis letterarum: De Caelio Basso. De Cornificio. De Cesare, sua ludi & Planci ab eo refutatu.

CICERO CORNIFICIO, COLLEGÆ, S.D.

QUOD extremum fuit in ea epistola, quam a te proxime ceipi, ad id primum respondebo. *¶* Animum adorci enim, hoc vos magnos oratores facere nonnumquam. Epistolas requiris meas, ego autem numquam, cum mihi denuntiatum esset a tuis, ire aliquem, non dedi. Quod mihi video ex tuis litteris intelligere, te nihil com missurum esse temere, nec ante, quam scilicet, quod iste nescio qui Caelius Bassus erumperet, quidquam certi constituturum. id ego & sperarem, prudentia tua fietus: & ut confiderem, fecerunt tuis gratissime mihi litteræ. Id-

que ut facias quam sepiissime, ut & quid tu agas, & quid agatur, scire possim, & etiam quid acturus sis, valde te rogo, et si perinquo patiebar animo, te a me digredia: tamen eo tempore me consolabat, quod & in summum otium te ire arbitrabor, & ab impenditibus magnis negotiis discedere. Utrumque contraria accidit, istuc enim bellum est exortum: hic pax consecuta: sed tamen ejusmodi pax, in qua, si adesses, multa te non delectarent: ea tamen, quæ ne ipsum Cæsarem quidem delectent. *BELLORVM ENIM CIVILIVM* hi semper exitus sunt, ut non ea solum sint, quæ velit vicit, sed etiam, ut iis mos gerendus sit, quibus adiutoribus sit pars Victoria. Evidem sic tam obdurui, ut ludis Casaris nostri & quissimo animo viderem T. Plancum, audirem Laberii, & Publili postulam. Nihil mihi tam deesse seito, quam qui cum hac familiariter, docte rideam. Is tu eris, si quam primum veneris. Quod ut facias, non mea solum, sed etiam tua interesse arbitror.

¶ A.R.G. Syrie administrationem granulatur, & consiliarii importina.

M. T. C. CORNIFICIO, S.D.

LIBENTISSIMA legi tuas litteras: in quibus jucundissimum mihi fuit, quod cognovi meas tibi redditas esse. Non enim dubitbam, quin eas lubenter lectruras esses, & verebar, ut redderentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamque provinciam tibi tributam esse à Cæsare, ex tuis litteris cognovi. Eamdem rem tibi volo bene, & feliciter evenire. Quod ita fore confido, fretus & industria, & prudenter tua. Sed de Parthici belli suspicione quod scribis, sanè me commovit. Quantum copiarum haberes, cùm ipse conjectura consequi poterem, tum ex tuis litteris cognovi. Itaque opio, ne se illa gens moveat hoc tempore, dum ad te legiones ex perducantur, quas audio duci. Quod si pares copias ad configendum non habebis, non te fugiet ut consilio M. Bibuli, qui se oppido munitissimo, & copiosissimo, tamdiu tenuit, quamdiu in provincia Parthi fuerunt. Sed hæc melius ex re, & ex tempore confitues. Mihi quidem usque cura erit, quid agas, dum, quid egeris, sciero. Litteras ad te numquam habui cui darem, quin dederim. A te, ut idem facias, peto: in primisque, ut ita ad tuos scribas, ut me tuum sciatur esse.

¶ A.R.G. Procuratur.

CICERO CORNIFICIO.

GRATA mihi tuz litteræ, nisi quod Sinuessa num dixeris oriolum contempsisti. Quam quidem contumeliam vilia pusilla iniquo animo fecerit, nisi in Cumano, & Ponapeano reddideris *malitia* *scilicet* *natura*. Sic igitur facies, meque amabis, & scripto aliqui laesies. Ego enim responderem facilius possum, quam provocare. *¶* Quod si, ut es, celsibus, laesiam nec tua ignavia etiam inertiam afferat. Plura otiosus. Hæc, cum essem in senatu, exaravi.

¶ A.R.G. Commendat Anicium suorum.

M. T. C. CORNIFICIO, S.D.

CARVS Anicetus, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera. Eum velim rebus omnibus adjuves,

Vulgatum erat *animadversus*: sed illud melius & antiquius. Pauli post ex Ffeto Gulielmus malebat: *cum misi renuntiatione esset*. Pauli iterum post, ex editione primaria, Vigorianus, Palatinus sexto (nam primum hæc epistola destituta) Ricciopriano, Stevvechiano, Vaticani excerptus edidit: *fecerunt sua gratissime mihi litteræ*, cum deterius vulgatus sit: *fecerunt me gravissima litteræ*. *Talque*.

¶ Verbiq; ut redirentur. Hanc lectionem profiteatur omnes libeci Palatini, Vaticani, excerpti, Stevvechi, Hitterpianus. Et sic ante Lambinum, editum erat in impressione prima, atque Florentina. Vulgo malebat, ne redirentur.

*¶ Quid si, ut ex versibus] Palatinus sextus lectionem nobis offerat, quæ mihi non indigna via adnotatu: Quid si, ut deliciae reserbar; laetiorum. De qualib; flatuant; ego nihil decerno, neque vacat, post, quæ Lamb. legit: *me gravissima etiam misi inveniam off.* *Puca* Gulielmus suis sermoni in *inventione*, & quo non dissentio.*

1. *E. I. f. u. s. s. x. g. r. i. s. t. e. s. G.*) Liberiores aperiunt, in loquendo.

2. *Quod spes fore; video id cura esse Cæsare.]* Omnes hic hiare orationem crederant, ideo fulcierant hoc tribus: quia video d'ure, sed ejus tantum impedimentum, non pedamentum Palatini primi, sexi, Vaticani, editionisque Victoriana, auctoritate statim principio ex Palatino sexto, Hitterplano, Vaticano; Non quia de tua confusione dubitem, idque infinitus locis feci ubi semper edebatur quæda. Pauli ante finem, legendum est sed in non fidetur unde ex Palatino sexto: Vaticano, Medio, editione Victorii. Illud quoque admonendum est, in Palatino sexto, Hitterplano, Stevvechiano, in umbilico Epistole ita concipi totum fermè orationis complexum: *Ni judicio nostro, si scilicet, ut dicitum hominem ab indile paulum dissidere.* Tantum erat supra hac Epistola.

3. *Animum aduersi enim his rebus magna.]* Sic elegantissimus & accuratissimus Victorius edidit: qui tam facit Palatinus sextus; Vaticanus,

juves, operamque des, ut quam commodissimum sua negotia conficiat, in primisque, quod ei carissimum est, dignitatem ejus tibi commendo: idque a te pero, quod ipse in provincia facere sum solitus, non rogatus, ut omnibus senatoribus lectores darem: quod idem accepseram, & cognoveram a summis viris factitatum. Hoc igitur, mi Cornifici, facies: ceterisque rebus omnibus ejus dignitati, reique, si me amas, consules, id erit mihi gratissimum. Da operam, ut valeas.

¶ A.R.G. De statu reipublica post Cesari interficium scribit. Monet ut provinciam retineat in potestate.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

Nos hic cum homine gladiatore, i omnium nequis simo, collega vestro, Antonio, bellum gerimus: sed non pari conditione, contra arma verbis. At etiam de te concionatur: nec impunè, nam sentiet, quos lacerzierit. Ego autem acta ad te omnia arbitror prescribi ab aliis: à me futura debes cognoscere: quorum quidem non est difficilis conjectura. Oppressa omnia sunt: nec habent ducem boni: nostrisque *περιγραφές* longè genium absunt. Pansa & sentit bene, & loquitur fortiter; Hirtius nostertardius convalescit. Quid futurum sit, plane nescio. Spectamen una est, aliquando pop. R. majorum similem fore. Ego certè reip. non deero: & quidquid acciderit, à quo mea culpa absit, animo forti feram. Illud profectò, quoad potero, tuam famam, & dignitatem tuebor. Ad xiiii. Kalendas Januar. senatus frequens mihi est assensus, cum de ceteris rebus magnis, & necessariis, tum de provinciis, ab iis, qui obtinerent, retinendis, neque cuiquam tradendis, nisi qui ex senatusconsulto successisset. Hoc ego cùm reip. causa censui, tum, mehercule, in primis retinenda dignitatis tua. Quamobrem te, amoris nostri causa, rogo, reip. causa horror, ut ne cui quidquam juris in tua provincia esse patiate: atque ut omnia referas ad dignitatem, qua nihil potest esse præstantius. Verè tecum agam, ut necessitudo nostra postulat. in Sempronio, si meis litteris obtemperasses, maximam ab omnibus laudem adeptus es. Sed illud & præterit, & levius est. Hoc magna res est. Fac ut provinciam retineas in potestate reip. Pluta scripsisse, nisi tui festinarent. Itaque Chetippo nostro me velim excuses.

¶ A.R.G. Se conditionem provincia Cornifici à Stratori cognovisse. De forma Reipublica, Cesare interficito: se Philosophia tradidisse scribit. Stratori fidem commendat. Monctus vatesudans interierat.

M. T. C. P. CORNIFICIO, S. D.

OMNEM conditionem imperii tui, statuunque provin- ciaz mihi demonstravit Stratorius. O multa intollerabilia locis omnibus! Sed quo tua major dignitas, eo, que tibi acciderunt, minus ferenda. Neque enim, qua tu propter magnitudinem ingenii moderata fers, à te non aliquid sicut, etiam si non sunt dolenda. Sed haec postterius. Rerum urbanarum acta tibi mitti certò scio, quod nisi putarem, ipse prescriberem, in primisque Cesari Octavianian conatum: de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam adolescentis imperium faceret. Prudentes autem, & boni viri, & credunt factum, & probant. Quid quæris? magna spes est in eo. Nihil est, quod non existimet laudis, & gloriae causa facturus. Antonius autem, noster familiaris, tanto se odio esse intelligit, ut, cùm interfectores suos domi compenderit, eum proferre non audeat. Ad vii. Idus Octobi. Brandisum erat profectus obviam legionibus Macedonicis xiii.

quas sibi conciliare pecunia cogitabat, easque ad urbem adducere, & in cervicibus nostris collocare. Habes formam reip. si in castris potest esse resp. in qua tuam vicem sepe doleo, quod nullam partem, per stratem, fanum, & salva reip. guttare potuisti. Atque antehac quidem sperate saltum licebat: nunc etiam id creptum est. Quia enim est spes, cùm in concione dicere aulus sit Antonius, Cannarium apud eos sibi locum querere, quibus, se salvo, locus in civitate esse non posset? Evidem & hæc, & omnia, quæ homini accidere possunt, sic ferò, ut philosophia magnam habeam gratiam, quæ me non modo ab sollicitudine abducit, sed etiam contra omnia fortunæ insperatas armat: tibique idem censeo faciundum, nec, à quo culpa absit, quidquam in malis numerandum. Sed hæc tu meius. Strotorium nostrum cùm semper probasset: tum maximè in tuis rebus summanam ejus fidem, diligentiam, prudentiamque cognovi. Da operam, ut valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

¶ A.R.G. Horatius Cornificium, ut omni cura in Remp. incombatur. De legato ad Antonium à Senatu missa scribit. Pinarium commendat.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

Go nullum locum prætermitto (nec enim debeo) [¶] Sed mea studia erga te, & officia malo tibi ex tuorum litteris, quam ex meis, esse nota. Te tamen horror, ut omni cura in temp. incumbas, hoc est animi, hoc est ingenii tui, hoc ejus spei, quæ habere debes, amplificanda dignitatis tua. Sed haec de re aliis, ad te plurius, cùm enim hæc scribam, in expectatione erant omnia, nondum legati redierant: quos senatus non ad pacem deprendam, sed ad denuntiandum bellum miserat, nisi legatorum nuntio paruisse. Ego tamen, ut primum occasio data est, meo pristino more temp. defendi: me principem senatus, populoque R. professus sum: nec postea, quam suscipiam causam libertatis, minimum tempus amisi tuenda salutis, libertatisque communis. Sed hæc quoque te ex aliis malo. T. Pinarium, familiarissimum meum, tanto tibi studio commendabo, ut majore non possim. Cui cùm propter omnes virtutes, tum etiam propter studia communia, sum amicissimus. Is procurat rationes, negotiaque Dionysii nostri, quæ & tu multum amas, & ego omnium plurimum. 2 Ea tibi ego non debeo commendare: sed commendationem. Facie igitur, ut ex Pinarii, gratissimi hominis litteris, tum & erga illum, & erga Dionysium studium perspiciamus.

¶ A.R.G. De senatusconsulto ex litteris Cornifici facto: De Sempronio: De Lucejo.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

IBERALIRVS litteras accepi tuas, quas mihi Cornifici ²³ cius altero vicelimo dixi ut dicebat, reddidit. Eo die non fuit senatus, neque postero. Quinquatribus frequenti senatu causam tuam egi non invita Minerva. Etenim eo ipso die senatus decretivit, ut Minerva nostra, custos urbis, quam turbo dejecterat, restituueretur. Pansa tuas litteras recitavit. Magna senatus approbatio confecta est cum summo gaudio, & offensione Minotaui, id est, Calvisii, & Tauri. Factum de te senatusconsultum honorificum, postulabatur autem, etiam illi notarentur: sed Pansa clementior. Ego, mi Cornifici, quo die primum in spem libertatis ingessus sum, & cunctantibus ceteris ad xiii. Kal-

1. Omnimque nequissimum collega vestre. 2. Sic Palatinus, primus, sextus, Vaticani excerpta, Historianus, Stevcechanus, Victoria editio. Probat tamen Lambros, ut & ante illum Lepidus Manutiusque, quod erat collega Ciceronis in Argerata. Nos posteriori cunctantibus

aurem & obsequiam dedimus.

2. Ex iis ergo non debeo commendare: sed commendationem. Hitterp. codex; ea tibi commendabo, tamen et si non debeo commendare: unde Gulielmus conjectabat: commendationem ei si non debet commendare.

¶ Fals

Kal. Jan. fundamenta jeci reip. eo ipso die providi multum, atque habui rationem dignitatis tuae. Mihil enim est assensus senatus de obtinendis provinciis. Nec verò postea destiti labefactare eum, qui summa cum tua injuria, contumeliaque reip. provinciam absens obtinebat. Itaq; crebras, vel potius quoridianas compellationes meas non tulit, seque in urbem recepit invitus: neque solum spe, sed certa re jam, & possessione deturbatus est. Meo justissimo, honestissimo convicio te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse, provinciazque honoribus amplissimis affectum; vehementer gaudeo. Quod te mihi de Sempronio purgas, accipio exculcationem. I fuis enim illud quoddam cæcum tempus servitutis. Ego tuorum consiliorum auctor, dignitatique auctor, iratus temporibus, in Graciam, delperata libertate, rapiebas: cum me Etelix, quasi boni cives, relinquentem temp. prosequi noluerant: Aufusque adversus maximus flatu me 2 ad tribuleis tuos Regium retulit: atque inde ventis, remnis in patriam omni felicitatione properavi, postridieque in summa reliquorum servitute liber unus fui. Sic sum in Antonium invectus, ut ille non ferret, omnemque suum vinclentum furorem in me unum effundere: meque cum eliceret vellet ad eadis causam, tum tentaret infidili: quem ego rufantem, & nauis antem sonjeci in Casaris Ostrovianis plagas. Puer enim egregius praesidium sibi primum, & nobis: deinde summas reip. comparavit: qui nisi fuisset, Antonii reditus à Brundisio, pestis patria fuisset. Quia deinceps acta sunt, scire te arbitror. Sed redeamus ad illud, unde divertimus. Accipio excusationem tuam de Sempronio, neq; enim statui quid in tanta perturbatione habere potuissi. 3 Nunc hic dies aliam vitam afferit, alios mores postulat, ut ait Terentius. Quamobrem, mihi Quinte, confende nobiscum, & guidem ad puppim. Una navis est jam bonorum omnium: quam quidem nos damus operam, ut rectam teneamus. utinam prospero euri. Sed quicunque venti erunt, ars nostra certe non aberit. Quid enim præstare aliud virtus potest? Tu fac magno animo sis, & excello: cogitesque omnem dignitatem tuam cum rep. conjunctam esse debere. P. Lucium mihi meum commendas: quem, quibuscumque rebus poterit, diligenter quebor. Hirtium quidem, & Panoram, collegas nostros, homines in consulatu reip. salutares, alieno sanè tempore amissimus, rep. Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnia explicata: quam nos, si licebit, more nostro tuebimur, quamquam admodum sumus iam defatigati. **Sed NYLLA LASSITVDO** impedit officium, & fidem debet. Verum hæc hæc tenet. Ab aliis te de me, quā a me ipso, malo cognoscere. De te audiebamus ea, quæ maximè vellemus. De Cn. Minucio, quem tu quibusdam litteris ad cælum laudibus extulisti, rumores durius erant. Id quale sit, omninoque, quid sit agatur, facias me velim certiori.

G. ARG. Commendat heredes Tauri.

CICERO CORNIFICIO S. D.

QTURVIS, qui in Africa negotiatus est, vir bonus, & honestus, heredes fecit filiale sui, Cn. Saturninum, Sex. Aufidum, C. Annejum, Q. Considium Galum, L. Servilium Postumum, C. Rubellinum. ex eorum oratione intellexi, gratiarum actione eos magis egere,

quam commendatione. Tanta enim liberalitate se tua usos prædicabant, ut iis plus à te tributum intelligerem, quam ego te audirem rogare. audebo tamen, scio enim, quantum ponderis mea commendatio sit habitura. Quare à te peto, ut ad eam liberalitatem, qua sine mens literis utus es, quam maximus his litteris cumulus accedat. Caput autem est mez commendationis, ne patiate Erotem Turium. Q. Turii liberum, ut adhuc fecit, hereditatem Turianam averttere, ceterisque omnibus rebus habeas eos commen- datissimos. Magnam ex eorum splendore, & observantia capies voluptam. Quod ut velis, te vehementer etiam, atque etiam rogo.

G. ARG. Commendat Aufidum equum in Africana negotia.

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO.

SEx. Aufidius & observantia, qua me colit, accedit ad 27 proximos: & splendore, equiti R. nemini cedit. Est autem ita temperatis, moderatique moribus, ut summa severitas, summa cum humanitate jungatur. Cujus tibi negotia, quæ sunt in Africa, ita commando, ut majore studio, magis ex animo commendare non possim. Per- gratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat, meas apud te litteras maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer mi Cornifici, rogo.

G. ARG. Reprehendit Cornificium, quod in quoddam Lilybeo minantes non animadverterit: Studium in Rerpub. laudat. De omittenda gratarum actione affertur. De pecunia & Republi-

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO.

ASSENTIOR tibi, eos, quos scribis Lilybeo minati, 28 istic poenas dare debuisse: sed metuisti, ut ait, ne nimis liber in ulciscendo videceret. Metuisti igitur, ne gravis civis, ne nimis fortis, ne minus te dignus videceret. Quod societatem reip. conservandæ tibi mecum à patre acceptam renovas, gratum est: quæ societas inter nos semper, mihi Cornifici, manebit. Gratum etiam illud, quod mihi tuo nomine gratias agendas non putas. nec enim id inter nos facere debemus. Senatus sibi plus pro dignitate tua appellaret, si, absentibus consulis, umquam, nisi ad tem novam cogeretur. Itaque nec de H-s xx. nec de H-scc quidquam agi nunc persenatum potest. Tibi autem ex se- natus consilio imperandum, mutuumque sumendum cen- seo. In rep. quid agatur, credo te ex eorum litteris cognoscere, quæ ad te acta debent perscribere. Ego sum spe bona: consilio, cura, labore non desum: omnibus inimicis reip. esse me acerrimum hostem præ me fero. Res neque nunc difficili loco mihi videbuntur: & fuisset facilissimo, si culpa a quibusdam abfuisset.

G. ARG. Commendat L. Lamia negotia.

M. T. C. S. P. D. Q. CORNIFICIO.

NON modo tibi, cui omnia nostra notissima sunt, sed 29 neminem in populo R. arbitrari esse, cui sit ignota ea familiaritas, que mihi cum L. Lamia est. Etenim magno theatro spectata est tum, cum est ab A. Gabinius consule relegatus, quod liberè, & fortiter salutem meam defendi- se. Nec ex eo amor inter nos natus est: sed quod erat ver- tus, & magnus, propriece nullum periculum pro me ad- ire dubitavit. Ad hac officia, vel merita potius, jutundis- sum consuetudo accedit, ut nullo prius plus homine de- lector.

1. Fuis enim illud quoddam cæsum & copia servitutis.] Non alter est in Palatino textus & Historiæ, nisi quod, cæsum tempus quoddam, in primo greco unde ali. Gios. & Victorini regiam fecerat. Lambinus tamen ait se sequi Baldini Brundinelli conjecturam; laudatam ac probatam Manutio fuit enim quoddam necesse tempus quod tamè in illius com- mentariis non inventum. Ego, quod vitium erat veteribus codicibus, excorbaro temperavi.

2. Ad tribulos suos Regium retulit.] Stevvechianus, tribulos fuit; quod quid si ignoror. cœtuum pro rituus interfici Palatinus textus, Historia- gus, etenim, unde velobat Gulielmus aquilæ: idem Proimi sagina-

ss glossema ducit. Post Palatinus primus, sexus, Miccorianos, Stevvechianus's editionum primaria scribunt, quem ego raditam & nauis antem confici in Cas. sli. plaga. Mihi videtur ex ignorantia scriba- rum occurrere.

3. Nunc hic dies aliam vitam deserit.] In codicibus Terentianis legitur, eff. quod sequuntur hic ali, tum Manutius. sed quia hanc lecti onem reperi in Palatino primo, sexio, Vaticani excerptis, Stevvechianus, edi- tionum primaria retineturque Victorini, non dubitandum amplius fuit, quin Cicero ita scripsisset, & suo arbitrio ex memoriâ laudasset. His- torianus non longe quoque abis, legit enim: 2. 2. 2.

lester. Non puto te jam exspectare, quibus eum tibi verbis commendem. cauſas enim tanti amoris intelligis: que verba desideret, iis me omnibus usum putato. Tantum velim existimes, si negotia Lamia, procuratores, libertos, familiam, quibuscumque rebus opus erit, defenderis, gratius mihi futurum, quam si ea tua liberalitas pertinuerit ad rem familiarem meam. Nec dubito, quin sine mea commendatione, quod tuum est judicium de hominibus, ipsius Lamia causa studiosè omnia facturus sis; quamquam erat nobis dictum, te existimare, aliqui senatusconsulto, quod contra dignitatem tuam fieret, scribendo Lamiam affuisse: qui omnino consulibus illis numquam fuit adscribendum: deinde omnia cum falsa senatus consulta deferebantur. Nisi forte etiam illi Sempronio senatus consulto me censes affuisse: qui ne Romæ quidem tunc fui, deque eo ad testiphi, recenti. Sed haec haec tenus. Te mi Cornifici, etiam atque etiam rogo, ut omnia Lamia negotia, mea putes esse: curesque, ut intelligat, hanc commendationem maximo sibi usi fuisse. Hoc mihi gratius facere nihil potes. Cura, ut valeas.

G. ARG. Purgat litterarum infrequentiam. De bello Annoniano renovata. De suo studio in antiqua colenda. De angustiis pecunia publica. De Domifio. De Luccio. De legatu Calvisio.

M. T. C. S. P. D. CORNIFICIO.

ITANè præter litigatores, nemo ad te meas litteras? multaz ista quidem, tu enim perfecisti, ut nemo sine litteris meis tibi se commendatum putaret. sed quis umquam tuorum mihi dixit esse, cui dare, quin dederim? aut quid mi jucundius, quam, cum coxam tecum loqui non possum, aut scribere ad te, aut tuas legere litteras? Illud magis mihi solet esse molestem, tantis me impediri occupationibus, ut ad te scribendi meo arbitratu facultas nulla detur. Non enim te epistolis, sed voluminibus laceſſerem: quibus quidem me à te provocari oportebat. Quamvis enim occupatus sis, otii tamen plus habes. Aut, si ne tu quidem vacas, noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere, & à me litteras crebriores, cum tu mihi raro mittas, flagitare. Nam cum antea distinebar maximis occupationibus, propter quod omnibus curis remp. mihi tuendam putabam: tum hoc tempore multò distineor vehementius. Ut

enim gravius ægrotant ii, qui, cum levati morte videntur, in eum de integro inciderunt: sic vehementius nos labramus, qui, profigato bello, ac pñne sublati, tenovatum bellum gerere conamur. Sed haec haec tenus. Te tibi, mi Cornifici, fac ut persuadeas: non esse me tam imbecillo animo, ne dicam inhumano, ut à te vinci possim aut officiis, aut amore. Non dubitabam equidem: verumtamen multò mihi notorem amorem tuum effecti Cherippus. O hominem, semper illum quidem mihi aptum, nunc vero etiam suavem! Vultus mehercule tuos mihi expressit omnes: non solum animum, ac verba pertulit. Itaque noli vereri, ne tibi succentuerim, quod eodem exemplo ad me, quo ad ceteros. Requisivi equidem proprias a me unum litteras: sed neque vehementer, & amanter. De sumtu, quem te in rem militarem facere, & fecisse dicas, nihil sane possum tibi optulari, propter quod & orbis senatus, consulibus amisisti, & incredibilis angustia pecunia publica: quæ conquiritur undique, ut optimè merititis militibus promissa solvantur: quod quidem fieri sine tributo posse non arbitror. De Actio Dionysio nihil puto esse: quoniam mihi nihil dixit Stratorius. De P. Lucio nihil tibi concedo, quod studiosior ejus sis, quam ego sum. est enim nobis necessarius. Sed à magistris cum contenderem de proferendo die: probaverunt mihi, se, quod minus id facerent, & compromissi, & jurejurando impeſiti. Quare veniendum arbitror Luccio, quamquam, se meis litteris obtemperavit, cum tu haec leges, illum Romæ esse oportebat. Ceteris de rebus, maximeque de pecunia, cum tanta mortem ignorares, scripsisti, quæ per nos ab eo consequi te posse arbitrarete, quæ te non sefessilist, si viveret, nam te diligebat. Post mortem autem ejus quid fieri posset, non videbamus. De Venulejo, Latino, Horatio, valde laudo. Illud non nimium probo, quod scribis, quo illi animo æquiora ferrent, te tuis etiam legis ligiores ademisse. Honore enim digni cum ignominia dignis non erant comparandi: eoque ex senatusconsulto, si non decedunt, cogendos, ut decendant, existimo. Haec fere ad eas litteras, quas eodem exemplo binas accepi. De reliquo, velim tibi persuadeas, non esse mihi meam dignitatem tua cariorem.

M. TULLII CICERONIS
EPISTOLARUM
AD
FAMILIAREIS,
LIBER DECIMVS TERTIVS,
AD
C. MEMMIUM.

*G. ARGUM. Commendat Patronem Epicureum.
M. T. C. S. P. D. C. MEMMIO.*

Its non satis mihi constiterat, cum aliquane animi mei molestia, an potius libenter te Athenis visurus essem, quod in iuria, quam acceperisti, dolore me afficeret; sapientia tua, qua fers injuriam, latitia: tamen vidisse te mallem. Nam quod est molestia, non sane multo levius est, cum te non video. quod

esse potuit voluptatis, certè, si vidisssem te, plus fuisset. Itaque non dubitabo dare operam, ut te videam, cum id satis commode facere potero. Interea quod per litteras & agi tecum, &c., ut arbitror, confici potest, agam nunc. Acte illud primum rogabo, nequid invitus mea causas facias: sed id, quod mea intelliges, tua nullam in partem multum interesset, ita mihi des, sibi, ut id libenter facias, antè persuaseris. Cum Patrone Epicureo mihi omnia sunt; nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissensi-

